



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In cathedra sancti petri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In cathedra sancti petri.

ria temporalium bonorum recte meritoque preterent. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando antecedens. ad probationem videtur quod (ut habetur. ij. ij. q. c. arti. s. ad. ij.) margarita celestis sine regno celorum dicitur emi dum quis dat id quod habet propter deum large sumptio nomine emptionis sicut quod accipit pro merito quod tamen non pringit ad perfectam rationem emptionis. Tum quia sicut dictum est non sunt condigne passiones huius temporis nec aliqua nostra bona vel opera ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. ut dicitur ad romanos. viij. Tum quia meritum non consistit principaliter in exteriori bono vel actu vel passione sed interiori affectu. et ideo non est hic symonia. Ad secundam patet ratio ex dictis. quia hic non est propria ratio emptionis ubi debeat seruari equalitas iusticie. Preterea ratio non preedit. quando datur licet non equalens quantum petitis qui vendit. Christus autem habens hanc margaritam celestem cum sit pius non petit a nobis nisi quantum solvere possumus. Unde Augustinus in persona dei loquens ait. Venale habeo quod est regnum celorum. quo emitur paupertate regnum. dolore gaudium. labore reges. ignominia gloria. morte vita. Tum ergo beata agatha ita negociata sit ut dederit omnia sua deo. scilicet facultates suas pauperibus propter christum distribuendo. corpus autem suum letanter pro-

pter fidem christi tormentis exhibendo usque ad mortem. et ideo iuste meruit margaritam celestis glorie. Deus eius glorioso martyrio dicitur sic in eius historia. Agatha letissime et glorianter ibat ad carcerem. et quasi ad epulas invitata. agonem suum domino precibus comendabat. Item dicebat Quiriano. Nisi diligenter preceperis corpus meum a carnificibus attractari. non potest anima mea in paradysum cum palma intrare martyrii.



In cathedra sancti Petri est euangelium. Venit iesus in presens cesarie etc. mat. xvi. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. utrum confessio illa petri de christo. Tu es filius dei viui primo audita sit ab ore petri. Secunda. utrum christus professione illam petri puenieter remuneravit dicens tu es petrus etc. Tertia. utrum sedes petri posset de roma transferri ad aliam prouinciam.



D prima questione. sic preedit. Et videtur. quod illa confessio qua petrus professus est christum filium dei viui fuerit primitus audita ab alijs quam ab ore petri.

In cathedra sancti petri. Fo. clxxxiiij.

Primo patet Job. i. ubi nathanael inquit xpo. Rabi tu es filius dei. tu rex israel. ergo petrus non fuit primus qui profiteretur christum filium dei. Secundo Matth. viij. legitur quod demones exeuntes de hominibus dixerunt xpo. Quid nobis et tibi iesu fili dei. Tertio arguitur sic. Si discipuli ante non habebant fidem quod christus esset filius dei naturalis. cum hoc fuisset necessarium credere quomodo mittebat eos ad predicandum. sed hoc non videtur dicendum. ergo ante professionem petri iam credebant discipuli christum filium dei naturale. In oppositum arguitur ex presenti euangelio. in quo beatus dicitur petrus ex tali confessione facta. de qua non diceretur beatus si primitus ab alijs fuisset audita. talis enim confessio erat beatitudine digna. Ideo dicendum iuxta Chrysostomum et Origenem. qui uniforniter videtur loqui in hac questione. quod ista confessio de christo quod esset filius dei naturalis. fuit a petro primitus audita. et ideo dicitur ei. Beatus es. quia scilicet confessio vere fidei ducit ad beatitudinem. Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum quod Nathanael non habuit cognitionem de divinitate christi. nec confessus est in illis verbis christum esse filium dei naturalem sed adoptivum. Unde Chrysostomus respondens ad questionem ait. Nathanael enim non fuit beatificatus a christo sicut petrus cum eadem verba habuerit quae petrus. di-

cit enim sic ut deducit sanctus Thomas super Jobem. quia licet eadem verba et nathanael et petrus protulerint. non tamen fuit una intentio utriusque. Petrus quidem confessus est christum esse filium dei verum. et naturaliter sed sic esset homo quod tamen esset verus deus. Dicit autem scilicet nathanael confessus est eum esse filium dei per adoptionem. sicut in illud psalmi. Ego dixi dii estis et filij etc. Et hoc patet per verba sequentia quia si intellexisset eum esse filium per naturam. non dixisset. Tu es rex israel solum sed totius mundi. Hoc etiam patet. quia ad fides petri christus nihil addit quasi perfectam existentem. sed ecclesiam dixit se in confessione illius fabricaturum esse. sed Nathanaelem quasi in maiori parte sue confessionis deficientem eleuat ad maiora. Unde dicit. Maiora videbis. Ad secundam respondetur. ut dicit Nicolaus de lyra quod illi demones magis ex coniectura quam ex certitudine dixerunt. quia demon ille qui temptavit christum in deserto erat acutioris ingenij. et tamen non potuit scire per certitudinem utrum iesus esset ille qui erat promissus ad salutem mundi et deiectionem diaboli. Ad tertiam respondetur. quod a principio non predicabant eum esse christum sed penitentiam predicabant. Item potest esse quod predicabant christum sed non esse filium dei. quia tunc perfectam de hoc noticia non habebat cum nondum esset capaces etiam reci-

In cathedra sancti petri.

pere doctrinā reuelandā a patre celesti vsq; ad tempus illud quo petro reuelata est. nec enim post ea ante resurrectionē discipuli p̄dicauerunt populo q̄ x̄ps esset filius dei. vnde et Matth. xvj. Mandauit x̄ps eis q̄ nemini dicerent q̄ ipse esset x̄ps ne vulgares hoīes qui viderēt eum patiam ignominiose scandalizaretur de eoz p̄dicatione. vt dicit nicolaus de lyra. s̄ postq̄ resurrexit a mortuis habita perfecta victoria mortis voluit publice p̄dicari.



D secundā questionē sic p̄ceditur. Et videt q̄ x̄ps non cōueniēter cōfessionez petri remunerauerit dicens. Tu es petrus et super te. Et tibi dabo clauēs etc. **P**rimo sic. nemo remunerat cōueniēter in rebus que sibi nō cōueniunt. sed esse fundamentum ecclesie nō cōuenit homini puro sed soli x̄po. Vnde ap̄ls. i. Cor. iij. Fundamentū aliud nemo potest ponere p̄ter id qd̄ positum est qd̄ est x̄ps. ergo etc. **S**ecundo sic. clauis est ad aperiendū vel claudēdū: sed hoc est solius x̄pi. q̄ aperit et nemo claudit. et claudit et nemo aperit. Apōc. iij. ergo petrus nō suscepit a x̄po clauēs claudēdi et aperiēdi. **T**ertio sic. peccatū nō remittit nisi per

spiritū sanctū. sed non est cōmissum petro. q̄ hoc non est alicuius hoīs. ergo nec ei fuit potestas cōmissa remittēdi peccata. **I**n oppositū est euangelii p̄sens. in quo d̄s ait petro. Beatus es symon bariona. quia caro et sanguis. i. nō homo mortalis reuelauit tibi. sed etc. et ego dico etc. quia tu es etc. **N**ō verbū describens ch̄rysostomus dicit. Sic qualiter x̄ps rediit petrum ad excellētiā de ipso intelligentiā. Illa enim se ei daturū p̄mittit que sunt p̄pria solius dei. s̄ peccata soluere et ecclesiā immutabilem facere inter tot p̄secutiones et temptacionū p̄cellas. Vnde ei plenaria potestas data est super totā ecclesiā. cuius fundamentū cōstituitur a x̄po post ipsum. **N**ō colligit ex quatuor sc̄z ex singulari cōmissione quia cōmissit ei d̄s tria singulariter. **P**rimo auctoritatē clauium regni celoz. vt in euangelio p̄sentati. **S**ecundo pasturā ouī. Job. vij. Pasce oues meas. **T**ertio cōsolationē alioz. Luce. xxij. Tu aliquid quādo p̄uersus p̄firma fratres tuos. **S**ecundo p̄ter ex singulari appellatiōe. et hoc tripliciter. **P**rimo appellat ipsuz caput. Tu vocaberis cephas. i. caput. Cephalin em̄ grece. idē est quod caput latine. **S**ecundo q̄ appellauit ipm̄ ecclesie fundamentū. vt in p̄sentati euangelio. Super hanc petram edificabo ecclesiā meam. **Q**uod verbū tractās augustinus in quo

In cathedra sancti petri. S. c. lxxv.

dam sermone qui legitur hodie. Petrus itaque fundamentum ecclesie nominavit. et ideo digne hoc fundamentum ecclesia colit. Super quod ecclesiastici edificij altitudo confurgit. Tertio quia appellavit eum beatum ut in evangelio presertim. Beatus es symon bariona. i. filius iohannis quia caro et sanguis non revelavit tibi. Tertio patet ex singulari responsione petrus convenienter semper respondebat presertim inter apostolos. Et hoc tripliciter. Primo in fidei professione. unde Mat. xvij. in presenti evangelio cum Christus quereret a discipulis. Quem dicunt homines esse filium hominis. Respondit petrus pro se et omnibus. Tu es Christus filius dei vivi. Secundo in dimissione peccatorum. Mat. xvij. Si peccaverit in te frater tuus etc. Et respondit petrus. Quoties peccaverit in me frater meus et dimittam ei etc. Tertio in discipulorum separatione. Job. vij. Numquid et vos vultis abire. Respondit ei petrus. Ad quod ibimus verbavite eterne habes. Quarto patet etiam plenitudo potestatis que concessa fuerat petro et singulari signorum ostensione. quia multa signa ostendit ei dominus quod ipse esset caput apostolorum. Primo in pedum ablutione. quia dicit angustinus. ante quem non precessit alius. Secundo in maris piscatione. quia alijs apostolis dixit. Laxate retia. sed petro dixit. Duc in altum. tanquam capiti. Tertio singulari oratione. quia specialiter

rogavit pro fide petri. Luc. xxij. Ego pro te rogavi ut non deficiat fides tua. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur quod aliquo modo bene convenit petro esse fundamentum ecclesie. Nam non solum ipse. sed etiam alij apostoli dicuntur fundamenta. sicut illud Apoc. xxiij. Murus civitatis habens fundamenta duodecim. et in ipsis duodecim nomina apostolorum. Pro quo notandum iuxta sancti thomam super eodem loco. Scilicet j. lxx. tertio. lec. secunda. Quod duplex est fundamentum. Unum quidem quod per se habet soliditatem. sicut rupes aliqua super quam edificium constituitur. et huic fundamento christus comparatur. et loquitur apostolus hic. Ipse enim est petra. de qua dicit matthaei. vij. Fundata enim erat super firmam petram. Aliud autem est fundamentum quod habet soliditatem non ex se sed ex alio solidissimo subiecto. sicut lapides qui primo superponuntur petre. et hoc modo apostoli dicuntur esse fundamentum ecclesie. quia ipsi primo superedificati sunt christo per fidem et caritatem. Unde dicit ad Ephe. ij. Superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum etc. Inter apostolos vero singulariter petrus. Tum quia ipse primus fuit confessor huiusmodi fidei supra quam ecclesia fundata est. Tum secundo. quia quantum ad potestatem iurisdictionis

In cathedra sancti petri.

nis ecclesie. prout structura ecclesie surgit in diversos gradus ipsius potestatis. sic petrus est iste super quem ipse christus post se fundavit ecclesiam dando sibi claves ecclesie. faciens enim solum generalem vicarium super totam ecclesiam et super omnes ecclesiasticos gradus in ecclesia contentos. et sic ecclesia non est fundata super alios apostolos. quia tota potestas ecclesie fuit petro collata. Nec habet ecclesia aliquam potestatem iurisdictionis nisi quam christus petro concessit. ¶ Ad secundam respondeatur. quod licet solius dei sit propria auctoritate absolvere. fuit tamen petri et eorum quibus cum eo claves dedit sicut ministroz et dispensatorum ministeriorum dei. Et ad auctoritatem inductam respondetur. quod non est ad propositum. quia (ut habet quarto sententiarum. distinctione decima octava. questione prima. articulo primo. questiuncula prima. ad secundum.) ibi loquitur de clausione qua christus clausit limbum ne aliquis ultra in illum descendat. et de apertione qua paradisum aperuit remoto impedimento nature per suam passionem. Hoc enim solius erat christi qui humani generis solus redemptor fuit. ¶ Ad tertiam respondetur. quod illa ratio bene probat quod directe ad remissionem culpe potestas clavium non operatur sed bene dispositivae.



D tertiam questionem sic proceditur. et videtur quod cathedra siue sedes petri sicut fuit translata de antiochia romam. ita possit transferri ad aliam regionem et urbem. ¶ Primo sic. petrus non fuit minoris potestatis post translationem in romam quam ante. ergo eque potuit successor eius qui est equalis potestatis transferre de roma ad aliam regionem sicut ante. ¶ Secundo sic. papa est episcopus universalis ecclesie que per orbem diffunditur. ergo in quolibet regione potest suam cathedram instituire. consequentia videtur bona. ¶ Tertio sic. papa propter plenitudinem potestatis non magis coartatur loco quam tempore. ita quod possit plus uno tempore quam alio. et plus uno loco quam alio loco. ergo non magis tenetur residere in uno loco quam in alio. ¶ In oppositum videtur. id quod institutum est auctoritate divina et inspiratione divina non est tutum nec convenienter per summum pontificem mutari. aut aliter ordinari. sed sedes apostolica auctoritate domini fuit translata in romam. ergo videtur quod si ne expressa auctoritate dei non possit per summum pontificem transferri in aliam regionem. ¶ Respondeo dicendum. quod hic non querit

In festo sancti matthie. Fo. clxxxvj.

Annus de potestate absoluta qd
posset fieri. quia certuz est qd ra
tionabilibus causis occurrenti
bus posset trāsserri in aliam re
gionem. Sed de cōuenientia si
ue de congruitate. et tunc videt
nobis qd non posset. Et hoc mul
tuplici ratione. Primo ratione
tam dicta in arguendo. quia ta
lis translatio in romā fuit man
dato et auctoritate domini fa
cta. et non legitur hoc nec reuo
catum nec mutatum. vnde vide
tur qd translatio huiusmodi con
uenienter fieri non posset. Se
cundo sic. quod est datum apo
stolis petro et paulo pro gloria
et magnitudine sanctitatis eorū
non debet per aliquos summos
pōtiffices successores eis aufer
ri. sed magis cum omni reueren
tia et deuotione conseruari. fm
quod dicitur. ij. q. viij. qd non sine
causa factuz putemus qd petrus
et paulus vna die et eodem loco
scilicet vrbē roma sub vna per
secutione passi sunt. qz dies ele
ctus est eis pro merito. locus p
gloria. et persecutio pro virtute.
Si ergo locus talis dat' est eis
pro gloria. scz qd rome et non ali
bi martyrio coronarentur. non
esset conueniens qd sedes petri
alibi transferretur. Tertio sic.
qd optima ratione institutz est
nulla causa videtur mutandum
aut variandū. sed translatio ista
de antiochia in romāz fuit opti
ma ratione facta propter bono
rem fidei christiane et gloriam

apostolice sedis et ecclesiastic
principatus. Unde. ij. q. viij. Bea
ti in vrbē roma petrus et paulus
martyrium pertulerūt. que prin
cipatum et caput obtinebat na
tionum. vt vbi erat caput super
stitionis. illic caput quiesceret
sanctitatis. et vbi gentiliū prin
ceps habitabat. illic ecclesiaruz
princeps moraretur. Ad ratio
nes in opposituz. Ad omnes suf
ficit vna responsio scz qd verum
concludit de potestate absoluta.
sed de cōuenientia et congruita
te non. Vel respōdetur qd pote
stas pape circa hoc est impedi
ta. quia translatio illa facta fuit
auctoritate et precepto dei. ita
qd ibi alius sine inspiratione di
uina et ei' auctoritate nihil poss
set agere in contrarium.



In festo sã
cti matthie a
postoli e euã
geliū. Confis
tebor tibi pa
ter celi et ter.
Mat. xij. Cir
ca quod pos
sunt disputa

ri sequentes questiones. ¶ Pri
ma. vtrum beatus matthias per
virtutem humilitatis meruit vt
a patre celesti reuelaretur siue
ostēderet ad apostolatū assumē
dus. ¶ Secdo. vtrum matthias
nouit filiū dei. ¶ Tertio. vtrum
melior sit semper eligendus ad
dignitatem ecclesiasticam.